Fragmentarium


In illo tempore dixit ihesus discipulis
suis. Cum venerit filius
hominis in maiestate sua et omnes
angeli cum eo: tunc sedebit
super sedem maiestatis sue
Et congregabuntur ante
eum omnes gentes, et se-
parabit eos ab invicem, sicut
pastor segregat oves ab he-
dis. Et statuet oves quidem
a dextris suis, hedos autem
a sinistris. Tunc dicet rex
his qui a dextris eius erunt.
Venite benedicti patris mei:
possidete paratum vobis
regnum a constitutione mun-
di. Esurivi enim: et dedistis mi-
chi manducare. Sitivi: et dedis-
tis michi bibere. Hospes fui:
et collegistis me. Nudus:
et cooperuistis me. Infirmus:
et visitastis me. In carcere
eram: et venistis ad me.

License: public_domain – Brussel/Bruxelles, Bibliotheek Koninklijke Conservatoria Brussel/Bibliothèque des Conservatoires royaux de Bruxelles, P-2-01800-(2), fol. [LXXX]IIIr – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-82bw/6692/56409)